



Universitätsbibliothek Paderborn

Benedicti Ariæ Montani Hispalensis Poemata

In Qvatvor Tomos Distincta

In quo Dauidis Regis ac Prophetæ, aliorumque sacrorum Vatum Psalmi; ex
Hebraica veritate in Latinum carmen obseruantissimè conuersi

Arias Montano, Benito

Antverpiæ, 1589

Psalmvs XLVI. Deus noster refugium & virtus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44993

LIBER II.

33

14 Tota miranda ac celebranda Regis
Filia & magna est penitus, decet quam
Arte felici variata & auri

Pondere vestis.

15 Ipsa iam puto decorata cuncta
Virginum pulchra comitante turba,
Quas sibi optarat, properabit alnum
Visere Regem.

16 Has chortis Irete socians sequetur
Vocibus pompx, venientque in aulam
Regis & gratos thalamos parentis,
Plaudere promptæ.

17 Quod tui patres tenuere regnum,
Quam dabis multam, siboles tenebit;
Principes natos statues patent.
Latuit in orbe.

18 Quod tuum vates memoro canendo,
Nomen aeternum referent per ævum
Laudibus crebris populi futuri
Tempore in omni.

PSALMVS XLVI.

Deus noster refugium & virtus.

ECCLESIAE DIVINA PAX.

1 Ad præstantem filiis Coreh super Ghalamoth
Canticum.

Ode Tritolos Tetraphos.

2 Proctector est & præsidium D E Y S
Nobis probatus, quamlibet asperis
Hoc experiri semper alnum
Casibus auxilium valemus.

3 Mutetur ergo sedibus infirmis
Conuulta tellus, sorbeat & mare
Monteis recedentes profundum;
Nos tamen impavidi haec feremus.

4 Vnde frementes fluctibus algidis
Tollentur alto præcipites salo,
Quarum superbæ vi trementes
Usque sonent trepidantque montes.

5 Riu sacrafi fluminis, hi D E I
Urbi quietam latitudinem ferent,
Qua sancta dilatatur ædes
Principis hospitium superni.

F 2 6 Hans

PSALMORVM

- 5 Hanc, dum fountis præsidio D E T
Instructa constat, nil moueat loco;
Succurret huic P R I N C E P S in ipse
Manè citò properans periclis.
7 Percussa magnis regna tumultibus
Nutent ruentum murmure gentium,
Et voce concursus tremenda
Dispereat liquefacta tellus.
3 I A S potentis numine vindicis
Nostrum tuetur perpetuò genus;
P R I N C E P S que I A C O B O est patronus,
Arx valida, edita & usque nobis.
9 Venite, gesta exemplaque cernite
I A E, valentis fertere funditus
Terras, & extinxisse toto
Bella nimis furiosa in orbe.
20 Arcum refringet, frustaque lanceæ
Discindet; atris ignibus & citas
Vret quadrigas, ergo noto
Cedite Numini & efficaci.
21 Genteis per omneis, (quippe ego sum D E V S)
Terrasque tollar; viribus & potens,
23 Atque ultor I A S ille Jacob
Arx valida est Deus U S Q V E nobis.

PSALMVS XLVII.

Omnes gentes plaudite manibus.

DIVINAE TVTELAE PRAEDICATIO.

6 Ad præstantem filii Corch Psalmus.

Carmen Diabolus Distrophon.

- 3 P lausū omnes populi vnde
Acclamate Deo, ac vocibus affoniss
5 Terris nam onnibus imperat
I A S terribilis, maximus & potens
4 Nostris qui pedibus dabit
Deductos populos regnaque legibus
5 Nobis seposuit bona
Sortis perpetuae dona benignior:
6 Excelsum Isacidæ decus,
Quodquæ ipse usq; fountis auctor amaueret,
Excepit